



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,
in ciuitate || ...**

Ruben, Leonhard

Padibornae, 600 [i.e. 1600]

VD16 R 3400

Capvt XXIX. De pœna audientium & sequentiu[m] falsos prophetas.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

mihi David Iosias nomine, & immolabit super
te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura
succendant, & ossa hominum super te incendet.
Sic Ier. 8. 1. 2. 3. In illo tempore, ait Dominus,
eiciant ossa regis Iuda, & ossa principum eius,
& ossa sacerdotum, & ossa prophetarum,
& ossa eorum qui habitauerunt in Ierusalem,
de sepulchris suis. Et expandent ea ad solem
& lunam, & omnem militiam cæli quæ dilexe-
runt, & quibus seruierunt, & post quæ am-
bulauerunt, & quæ quæsierunt & adoraue-
runt: non colligentur, & non sepelientur: in
sterquilinium super faciem terræ erunt. Et
eligerent magis mortem quam vitam omnes qui
residui fuerint de cognatione hac pessima in
universis locis quæ derelicta sunt, ad quæ eieci-
eos, dicit Dominus exercituum. Demum ip-
simet igne æterno cruciabūtur, ut ex Apo-
calypsi c. 19. superius puncto 12. diximus.

CAPVT XXIX.

DE POENA AVDIEN-
tium & sequentium fallos
prophetas.

POENAE hæ vix sunt disparès à pœnis
ante positis falsorum prophetarum.

Ff 5 Hi

Hi enim primò destruētur vt paries, qui li-
tus est luto absq; paleis, de quo agit Ezech.
cap. penè toto 13. II. Fame occidētur, Ier.

14. 13. Et dixi, A. A. A. Domine Deus, pro-
phetæ dicunt eis, Nō videbitis gladiū, & famæ
non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis
in loco isto. vers. 15. 16. 17. Idcirco hæc dicit
Dominus de prophetis qui prophetant in nomi-
ne meo, quos ego non misi, dicentes, gladius &
famæ non erunt in terra hac: In gladio & fa-
me consumentur prophetæ illi. Et populi qui-
bus prophetant, erunt proiecti in vijs Ierusalæ
præ fame & gladio, & nō erit qui sepeliat eos:
ipſi & uxores eorum, filij & filiae eorum, & ef-
fundam super eos malum suum. Et dices
ad eos verbum istud. Deducant oculi mei la-
chrymam per noctem & diem, & non taceant:
quoniam contritione magna contrita est virgo
filia populi mei, plaga pessima vehementer. Si
egressus fuero ad agros, ecce, occisi gladio: &
si introiero in ciuitatem, ecce, attenuati fame.

Prophetæ namq; & sacerdos abierunt in terrā
3. Gladio quam ignorabant. Tertiò, Gladio vt paulò
occubèt. ante mem. 2. ex Ier. 14. Adde Apoc. 19. 21.

Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super e-
quum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues
4. à leo- saturatæ sunt carnibus eorū. Quartò à leoni-
bus in bus iugulantur, vt est 3. Reg. 13. 15. ubi lo-
quitur

qultur propheta Samariæ ad prophetam *terficiuntur*
in Bethel, *Veni mecum domum, ut comedas* *tur.*
panem, &c. Et vers. 24. de eo qui audiuit
falsum prophetam, loquens, ait, *Qui cùm*
abysset, inuenit eum leo in via, & occidit, & e-
rat cadauer eius projectū in itinere: asinus au-
tem stabat iuxta cadauer. Quintò, sine se-
pultura erunt, ita Ier. 8. 1. 2. 3. vt superiori c.
28. 23. Sic de Ioram rege Israel dicitur 4.
Reg. 9. 23. *Conuertit autem Ioram manum*
suam, & fugiens ait ad Ochoriam. Insidia
Ochoria. Porro Iehu tetendit arcum manu, &
percussit Ioram inter scapulas: & egressa est
sagitta per core eius, statimq; corruit in curru
suo. Dixitq; Iehu ad Badacer ducem. Tol-
le, proiice eum in agro Naboth Iezrahelite:
memini enim quando ego, & tu sedentes in cur-
ru sequebamur Achab patrem huius, quod
Dominus onus hoc levauerit super eum, dicens,
Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine
filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus,
reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc
ergo tolle, & proiice eum in agrum iuxta ver-
bum Domini. Sic de illis, quorum periit fi-
dес Ier. 7. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Et dices
ad eos, Hac est gens quæ non audiuit vocem
Domini Dei sui sui, nec recepit disciplinam
periit fides, & ablata est de ore eorū. Tōde capil
luno

428 DE FALSIS PROPHETIS,

lum tuum, & proice, & sume in directū plan-
ētum: quia proiecit Dominus, & reliquit ge-
nerationem furoris sui, quia fecerunt filii Iuda
malum in oculis meis, dicit Dominus, & reli-
quit generationem furoris sui, quia fecerunt
filii Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus.
Posuerunt offendicula sua in domo, in qua in-
nocatum est nomen meū, ut polluerent eam: &
adificauerunt excelsa Topheth, quae est in valle
filii Ennō, ut incenderent filios suos, & filias suas
igni: quæ nō præcepi nec cogitavi in corde meo.
Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non
dicetur amplius, Topheth, & vallis filii En-
nom: sed vallis interfectionis: & sepelient in
Topheth eò quod non sit locus. Et erit mortici-
num populi huius in cibos volucribus celi, &
bestijs terræ, & non erit qui abigat. Et quies-
cere faciam de urbibus Iuda, & de plateis Ieo-
rusalem vocem gaudij, & vocem letitiae, vocē
 sponsi, & vocem sponsæ: in desolatione enim e-
rit terra. Sic Ioachim sepultura asini sepe-
lietur Ier. 22. 19. Sepultura asini sepelietur,
putrefactus & projectus extra portas Ieru-
salem. Et meritò quidem, cùm enim es-
set rex Iuda, tantum abest ut audiret pro-
phetas, ut etiam librum sermonum Jere-
mię prophetæ, ut est Ieremiæ 36. 23. scal-
pello incisum combureret. Quem haud
dissimi-

dissimili impietate secutus est Lutherus, cùm ius Canonicū Vvittenbergæ per summam improbitatē igni consumendum tradidit: sed, vt ibidem dicitur apud Ieremiā, ita & hic dici potest. Non timuerunt, neq; sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius, qui audierunt vniuersos sermones istos.

Sextō, Tota domus deletur. Sic de tota domo Achab regis Israel à Iehu deleta.

4. Regum 10. 6. dicitur. *Rescripsit autem Iehu eis, scilicet optimatibus Samariæ, literas secundò, dicens, Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras, in Iezrabel. Porro filii regis, septuaginta viri, apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumq; venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iezrabel. Et v. 10. Videte ergo nunc, quoniam non cedit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit, quod locutus est in manus serui sui Eliae. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrabel & uniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquia. Hæ sunt*

6. Tota

domus de
letur.

sunt reliquiæ istius Achab, q; quadringentos falsos prophetas aluit: quiq; postposito vero vaticinio Micheæ mentitum à Sedechia falso propheta secutusest, vt cap. 1. fol. 3. diximus. Neq; præterita contentus Dominus, aliam mox subiungit. Pergit enim in eodem 4. lib. Reg. cap. 10. v. 12. de Iehu vlciscente improbitatem domus Achab. *Et surrexit, & venit in Samariam: cumq; venisset ad Cameram pastorum, in via, inuenit fratres Ochozia regis Iuda, dixitq; ad eos, Quinam estis vos? Qui responderunt, fratres Ochozia sumus & descendimus ad salvatandos filios regis, & filios regine. Qui ait, Comprehendite eos viros. Quos cùm comprehendissent viros, ingulauerunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reliquit ex eis quenquam v 17.* Duxit, Ionadab filium Rechab in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, usq; ad unum, iuxta verbum Domini quod locutus est per Eliam. Et hæc ex prophetia 3. Reg. 21. 24. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volueres cali.

Septimò, A bestijs vorabuntur, vt impijs simæ Iezabel accidit, quæ magis quam Achab

Achab falsis prophetis dedita fuit, ut ex
multitudine eorundem superius capite 1.
fol. 2. ostendimus. Hanc itaque interem-
pturus rex Iehu, inquit ad eunuchos 4.
Reg. 9. 33. Precipitare eam deorsum, & præ-
cipitauerunt eam, aspersaque est sanguine pa-
ries, & equorum ungulae conculcauerunt eam.
*7. et be
stis vora
buntur.*
Cumque introgressus esset, ut comedaret, biberetque
ait, Ite & videte maledictam illam, & sepeli-
ze eam; quia filia regis est. Cumque issent ut se-
pelirent eam, non inuenierunt nisi caluariam,
& pedes, & summas manus. Reuersaque nun-
cianauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo Domini est,
quem locutus est per serum suum Eliam
Thesbiten, dicens, In agro Iezrael comedent
canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel
sicut stercus super faciem terra in agro Iezrael
ita ut praterentes dicant, Heccine est illa Ie-
zabel? Atque ita completum est vaticinium
Heliæ dicentis 3. Reg. 21. 21. Ecce ego in-
ducam super te malum, & demetam posterio-
ratua, & interficiam de Achab mingentem
ad parietem, & clausum, & ultimum in
Israel. Apoc. 19. 17. Et vidi unum angelum
stantem in sole, & clamanit voce magna, di-
cens omnibus avibus que volabant per mediū
cæli. Venite, & congregamini ad canam ma-
gnam Dei. & vers. 21. Et ceteri occisi sunt in
gladio

gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatae sunt carnis eorum. Sic Ierem. 7. 33. Erit morticinum populi huius in cibos volucribus celi, & bestiis terrae, & non erit qui abigat.

Octauo, ossa eorum de sepulchris extrahentur Ierem. capite 8. vers. 1. Eiicient ossa regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem, de sepulchris suis. Et expandent ea ad solem, & lumen, & omnem militiam celi quae dilexerunt, & quibus seruierunt & post quae ambulaverunt, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terrae erunt. &c. Et haec de falsis prophetis lupisq; rapacibus Christiano lectori pro temporis breuitate sufficient, cui si intellexero presentem hunc laborem placuisse, animus addetur, ut his similia cōplura Deo conatibus meis fæliciter fauente typis subjici curem.

* *

*

F I N I S.

L A V S D E C.